

est posita, in anniversario Cardinalium usurpandam esse indicat, & consequenter etiam in die depositionis, aliisque missas illas, quæ in talibus diebus, & circumstantiis communiter præscribuntur. Idem esto iudicium de Regibus, Magnatibus, Sacerdotibus, atque Prælatibus; hi quippe, etsi ordinariam, & quasi episcopalem jurisdictionem habeant, carent adhuc episcopali dignitate, in cuius gratiam favor ille latus fuit. Suffragatur admodum ecclesiæ praxis, quæ distincto Communi in divinis officiis Pontifices quidem honorat, ceteros vero, licet Cardinales &c. Communi Confessorum, non Pontificum, indiscriminatim aggregat.

154 Qui tamen secus faciunt, contra rubricas non omnino peccant; post quartam enim missam hæc particularis rubrica habetur; *Epistolæ, & evangelia superius posita in una missa pro defunctis, dici possunt etiam in alia similiter pro defunctis*: Una missa ab alia non differt nisi in orationibus, epistola, & evangelio; ergo demptis orationibus, de quibus suo loco, liberum est quamcumque missam pro quocumque, & in qualibet circumstantia dicere, si epistolæ, & evangelia unius missæ in alia dici possunt. Quid unquam nisi id ipsum præterendum missalia antiqua, dum quatuor epistolas, & evangelia prædicta continenti serie sub una, eademque missa referunt? Pro eadem libertate pronuntiant itidem citati Quarti, Tonellius, & Gavantus num. 4. & cum indubia eadem faciant rubricæ verba in suo veriori sensu, nos dissentiri non possumus, quidquid scribat Guyetus, qui quest. 27. dictam rubricam nimis violenter explicat, dum eandem restringit ad id, quod in sequentibus missale declarat, aut aliis ex pari ratione opportunum iudicabitur. Et quidem missale infra solum disponit pro die obitus, & anniversario Summi Pontificis, & Episcopi, & adhuc determinate assignat primam missam, & consequenter etiam determinate epistolam, & evangelium ejusdem missæ, unde nunquam integrum foret epistolam, & evangelium unius missæ in alia usurpare, contra expressam rubricæ indulgentiam.

155 Captum sit itaque, quod quidem decet, epistolas, & evangelia dici in diebus, & circumstantiis, prout in missali sunt distributa, non dempta tamen celebranti libertate assumendi utram epistolam, & utrum velit evangelium. Et quidem etiam in die depositionis, & anniversario Summi Pontificis, aut Episcopi; dum enim in casu huiusmodi per particularem rubricam determinate assignatur prima missa, id accipiendum est cum subordinatione ad rubricam alteram, quæ ut supra libertatem facit. Qua libertate bene usum iri credimus, seu magis fieri, quod magis decet, si in die commemorationis omnium defunctorum alicujus Religionis, quæ se habet instar commemorationis omnium fidelium defunctorum universalis ecclesiæ, prima missa cum sua epistola, & evangelio assumatur, & secunda in die quasi obitus, quando scilicet primum habetur notitia obitus alicujus in loco dissito, licet in priori casu communior praxis usurpet anniversarii missam; Id enim profecto evincit paritas pro utroque casu, & pro secundo diserte favet decretum 6. cap. 3. nempe: "Cum primum accipitur nuntius de obitu in loco dissito alicujus, potest cantari missa de requiem, sicut in die obitus, pro ejus anima in festo duplici majori, vel minori, non tamen de præcepto, ut citius suffragetur animæ defuncti, non relicta tamen missa in casu de festo duplici, quatenus adsit obligatio: S. R. C. 4. Maji 1686. in una Canon. Regul. Lateranæ." concordantque Gavantus num. 15. & Guyetus q. 28. Hæc ille.

156 At Gavantus part. 4. tit. 18. num. 7. & Meratus ibid. num. 2. Tonellius, Quarti, & Guyetus, aliique plures l. c. à Cavalieri, voluit eandem missam primam dicendam esse tam in diebus obitus, quam in anniversario pro defunctis Cardinalibus, mutatis orationibus, ut in missali, nempe pro defuncto Cardinali Episcopo, Deus, qui inter Apostolicos &c. dicenda Episcopum Cardinalem, & si sit solus Diaconus, Inclina Domine &c. dicendo Diaconi Cardinalis, quia, ut advertit Gavantus loc. cit. num. 7. licet rubrica missalis

id non præscribat, usus tamen ita declaravit; nam Cardinales Episcopis sunt majores. Et ibid. num. 8. subjungit: Quid pro Sacerdote defuncto? Licet de eo rubrica missalis meminerit inter defunctum Episcopum, & Cardinalem, non tamen iisdem æqualem facit, & rationabilis consuetudo est in plerisque ecclesiis majoribus Urbis, ut dicatur missa secunda, mutata oratione, ratione cuius videtur in rubrica præfata de Sacerdote, quàm de Cardinali mentionem factam fuisse; Si tamen dicatur missa prima, favet rubrica in fine missarum pro defunctis, quæ concedit, epistolas, & evangelia unius missæ dici posse in alia quacumque missa pro defunctis. Hæc ille. Et Meratus in additionibus ad tit. 5. part. 1. sub numer. 11. expresse sic habet: Pro defuncto Sacerdote, quamvis rubrica nihil disponat, tamen in die obitus, seu depositionis dicenda videtur eadem missa prima cum oratione, ut in missali pro Sacerdote assignata: ita Bissus lit. M. num. 134. §. 3. & sequent. Pro aliis vero defunctis, sive Clericis, sive Laicis, in die obitus dicitur missa, quæ secundo loco habetur intra missas defunctorum, cum unica oratione congruenti personæ defunctæ.

Hinc colliges, servandum quidem esse rubricam in omnibus missalibus positam statuendam celebrandam esse primam missam pro Summo Pontifice, & Episcopo, & rubricam in missale defunctorum Romæ anno 1725. typis Vaticanæ typographiæ in tertiam missam sub his verbis invectam: *In anniversario S. R. E. Cardinalium, Oremus, Deus indulgentiarum, &c.* à P. Cavalieri assertam. Ad liberum esse Sacerdotibus servare etiam rubricam post quartam missam, seu in fine missarum pro defunctis impressam, quæ, ut notant etiam Gavantus loc. cit. num. 8. Cavalieri loc. cit. num. 16. & alii, concedit epistolas, & evangelia unius missæ dici posse in alia quacumque missa pro defunctis, ibi: "Epistolæ & evangelia superius posita in una missa pro defunctis, dici possunt etiam in alia similiter pro defunctis."

Ubi vero adsit usus, seu consuetudo, quam adesse tradit Gavantus loc. cit. num. 7. dicendi eandem primam missam, mutatis orationibus, etiam pro Cardinalibus defunctis, quamvis rubrica id expresse non præscribat, cum tamen usus ita declaraverit rubricam, ut dicit ipse, eadem consuetudo est servanda; sicut etiam servanda est alia rationabilis consuetudo, quæ teste eodem loc. cit. num. 8. est in plerisque ecclesiis majoribus Urbis, ut pro Sacerdote defuncto dicatur missa secunda, mutata oratione: Consuetudo enim est optima legum interpretis, textu expresso in Leg. Si de interpretatione 37. ff. de legibus, & in cap. Cum dilectus 8. de consuetudine. (Vid. verb. Consuetudo, in add. nov.)

Missarum celebratio, & applicatio, probatur juramento celebrantis; ipsi enim id assertent cum juramento credendum est, licet in libro ad hoc parato per incuriam, oblivionem, vel alia de causa non reperitur descriptus; quia ea, quæ pendet ab animo, & conscientia, legitime probantur juramento, ex punctualibus, & notabilibus Glossa in cap. Significasti 16. verb. Si est ita, de homicidio. (Lit. H pag. 132. col. 2. vers. Per leg. 4m. Conducit lex 5. E. & 18. tit. 11. part. 3. & lex 18. tit. 15. part. 7. Vid. lit. R pag. 159. col. 1. & lit. T pag. 52. vers. Prosequitur: in princ.) Sic expresse Monacell. in formulario legali præf. tom. 2. tit. 14. formul. 2. numer. 46. afferens ad id decretum Sacræ Congreg. Conc. in una civitatis Plebis sub die 17. Maji 1704. & testans de communi DD. Dicitur autem Celebrans, qui missas celebratas in libro ad hoc parato non notavit, potest ab Ordinario multari; Monacell. loc. cit. ex Gavant. in manual. episcop. verb. Missa num. 60. & Concil. Mediolan. Provinc. VII. part. 1. tit. de missis, ubi Rectores ecclesiarum carentes dicto libro multantur auro nummo, & Sacerdotes non scribentes duodecim solidis; Vid. superius verb. Missa art. 4. num. 39.

MISSIONES, MISSIONARI.

MISSIONES conceduntur pro regnis Batgao, & Bitunia in Magno Thibet; Bened. XIV. tom. 1. const. 53. incip. A dilectis: & const. 54. incip. Literæ: Missionarii Latini Episcoporum Græcorum Melchitarum jurisdictionem non debent perturbare; Idem const. 37. incip. Demandatam §. 13. Transitum à Ritu Græco ad Latinum Græcis non suadeat, nec admittant, inconculta S. Sede; Idem ibid. §. 15. Ritu Græcorum conservationem curent; Idem ibid. §. 19. Nec adversus illorum dispensationes concedant, aut quidquam innovent Idem ibid.

Missionarii regnorum Madurensis, Maysurensis, & Carnatensis, jurare debent observantiam constitutionum Apostolicarum antequam Missionis exercitio se immisceant; Idem const. 107. incip. Omnium sollicitudinum §. 17. Eorum juramenta subscripta exhibentur Summo Pontifici; Idem ibid. §. 21.

Ipsis interdicitur translatio rituum Gentilium in ritum ecclesiæ Catholicæ absque licentia S. Sedis; Idem ibid. §. 14. Item dispensationes concedere super observantia rituum ecclesiæ; Idem ibid. §. 14. Eisdem prohibentur lavacra, & abluiones ritu, & more pagano, præter necessariam corporis mundiciem; Idem ibid. §. 3. & 14. Juramenta præscripta prestare, & observare jubentur; Idem ibid. §. 28. Pollicentur se Parsæ, id est, abjectissimis viris omnia spiritualia præsturos; id quod isdem injungitur sub pœna privationis facultatum post quinquennium ipso facto incurrenda; Idem ibid. §. 35. & 37. Alia ad rem; vide verb. Bap.

Missionarii Apostolici in Sinis, si mandatis non obtemperaverint, in Europam revocari jubentur sub pœna interdicti; Idem const. 59. incip. Ex quo: Missionariis in Regno Cocinchinæ prohibetur exercitium jurisdictionis, aut facultatum, extra districtus sibi assignatos. Idem const. 3. incip. Tantopere.

Missionum sacrarum ad excitandam in populis pietatem utilitas commendatur ab experimento, & auctoritate. Idem const. 140. incip. Gravissimum §. 4. Earum usus laudatur, vel injungitur à Congregatione Concilii Idem ibid. §. 7. Instruendo fidelium in rebus ad salutem necessariis est præcipuum Missionum scopus. Idem ibid. §. 11.

Missionarii ab Episcopis missi, tamquam visitationis Pastoralis prænnuntii recipi debent à Parochis, etiam Regularibus in propriis ecclesiis, & domibus. Idem const. 109. incip. Firmandis §. 5.

Missionis Congregatio approbatur ab Alexand. VII. Idem const. 69. incip. Quo magis: Vota simplicia in eadem emissæ à nemine dissolvi possunt, præterquam à Summo Pontifice, aut à Superiore Generali in actu dimissionis tantum. Idem ibid. §. 3. & 4. Nequidem vigore facultatum, quæ confessariis tribuuntur in juvenilibus, aliisque indultis. Idem ibid. §. 3. Neque ratione infirmitatis, vel assensionis beneficii curati, aut residentialis. Idem ibid. §. 4. Missionis Presbyteri, aut Clerici, ad beneficia curata, aut residentialia, extra Congregationem promovendi nequeunt. Idem ibid. §. 4.

Missionarii à Sede Apostolica conceditur privilegium celebrandi missam bis uno die, in casu tamen necessitatis. Idem tom. 2. const. 3. incip. Declarasti.

Missionarii Sacramenta secularibus ministrare non possunt, nisi Episcopi, & Vicarii Apostolici, vel cujusvis Ordinarii loci impetrata licentia. Bened. XIV. const. incip. Apostolicum, §. 10. Missionarii, Regulares in Anglia in iis, quæ curam animarum respiciunt, &

administrationem Sacramentorum, subjungitur Vicariis Apostolicis. Et contraria quæcumque Regularium privilegia sustulit Tridentinum Concilium. Idem ibid. §. 12. & 13.

Tali decreto non solum afficiuntur Regulares Parochi; sed & ceteri, qui unum vel plura Sacramenta, renuente, vel irrequisito Ordinario, secularibus ministrant. Idem ibid. §. 14. In his tamen, quæ regularem observantiam respiciunt, suis Superioribus, non autem Vicariis Apostolicis, subjunguntur. Idem ibid. §. 15. & 16. Perinde enim habendi sunt Missionarii Regulares in Anglia commorantes, ac si intra monasterium degerent. Idem ibid. §. 15. & 18. Immo vero in iis, quæ curam animarum, administrationem Sacramentorum spectant, etiam à Superioribus Regularibus corrigi, ac puniri possunt. Idem ibid. §. 16. & 17. Vicariis tamen Apostolicis, sententiæ Superioris Regularis, ex jure cumulativo concurrentis, præpollent. Idem ibid. §. 17. Ceterum Vicarius Apostolicus potest Missionarium Regularem ab officio suspendere, vel removere, quin Superiori Regulari causam pandere teneatur. Idem ibid. §. 17. Eadem facultas competit quoque Superiori Regulari. Idem ibid. §. 17. & 21. A decreto suspensionis, vel remotionis non conceditur Missionario Regulari suspensiva appellatio. Idem ibid. §. 17.

Missionariorum per Orientem munus est, ut Schismaticos ad unitatem ecclesiæ adducat. Bened. XIV. const. incip. Allata sunt §. 19. Missionarii ritus omnes Orientales intervertere non debent, nec conversis ad unitatem ecclesiæ suadere transrum ad Ritu Latium. Idem ibid. §. 19. & 21. Missionarii non possunt dispensare cum Catholicis Orientalibus super observatione jejuniæ aliorumque, quæ in ipsorum ritu præscribuntur. Idem ibid. §. 13.

Missionarios mutæ charitatis, & concordia officium maxime decet, Bened. XIV. const. incip. Apostolicum ministerium in præmio. Missionibus Anglicanis quatuor Vicariis Apostolicis præficiuntur. Idem ibid. §. 1. Mission Regulari ad Anglos, cum primum illo adventerint, debent se sistere Vicariis Apostolicis, eisque testimoniales literas suorum Superiorum exhibere. Idem ibid. §. 61. Debet in super jure communi inspecto, examinari, & approbari à Vicariis Apostolicis ad audiendas secularium confessiones. Idem ibid. §. 7. & 8.

Speciali indulto facultas iisdem datur, ut examen, vel coram Ordinario loci, ubi situm est monasterium, vel Bruxellis curam Nuntio Sedis Apostolicæ, subire possint. Idem ibid. §. 8.

Facultas tamen audiendi confessiones à Vicariis Apostolicis est impetranda; & ista ad sexennium concedi debet, & subinde ad aliud sexennium prorogari sine examine; & ab hoc onere Regularis quantumvis privilegiati non sunt immunes. Idem ibid. §. 10. Et à Vicariis Apostolicis itidem expetere, & accipere facultates formulæ secundæ. Idem ibid. §. 12. (Vid. tit. 14. lib. 1. Recop. Ind.)

Molendinum, MOLITOR.

Molendinum mensæ episcopalis non comprehenditur sub prohibitione facta à communitate populo de non adeundo, nisi ad molendina Communitatis Sacræ Congreg. Immunit. in Firm. 2. Julii 1620. lib. 2. decret. Pauli pag. 48.

Molendina, & alia ædificia sub directo dominio ecclesiæ sunt exempta. Bad. Sacr. Cong. Immunit. in una Monis Regalis 15. Jan. 1637. l. 4. decret. Pauli pag. 2.

Molendina ecclesiasticorum non comprehenduntur sub bannis Gubernatoris, qui debet facere declarationem

(1) Circa prohibitionem à communitate seculari factam de non adeundo, nisi ad ipsiusmet molendina est antidaversum. (1)

- nem sine comprehensione eorum. Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Reina*, 8. April. 1631. lib. 2. decret. Paul. pag. 48. in *Plänen*, 20. Septemb. 1639. lib. 3. decret. Paul. pag. 10.
- 4 Molendina ecclesiasticorum, ac molentes in suis molendinis non comprehenduntur sub prohibitione laicali scilicet gabellam, ut dicitur *della Pera*. Eadem S. C. Imm. in *Maceraten*, 19. Jan. 1638. lib. 3. decret. Paul. pag. 52.
- 5 Repugnat immunitati & libertati eccles. exactio oneris moliturae in molendinis ecclesiasticorum, & Equitum Sancti Mauricii, nec non publicatio ordinis prohibitivi eundi ad dd. molendina. Eadem Sac. Congreg. Immun. in *Taurin*, 11. Septemb. 1634. lib. 2. decret. Paul. pag. 202.
- 6 Episcopus procedit prout de jure contra ministros laicos impediens montales in fabricatione molendini olearii, non obstante monitorio A. C. Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Ariminen*, 9. Februar. 1700. lib. 2. decret. Vall. pag. 272.
- 7 Impedientes molere olivas in molendinis ecclesiasticorum, & pretendentes decimas, sunt ab Ordinario excommunicandi. Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Cathacen*, 11. Augusti 1631. lib. 2. decret. Paul. pag. 85. in *Ugentina* 29. Octobr. 1695. lib. 1. decret. Vall. pag. 226.
- 8 Prohibitio Communitatis eundi ad alia molendina, quam ad molendina ipsius Communitatis, non comprehendit molendina Episcopi, Ecclesiarum & Ecclesiasticorum, tam intra, quam extra Communitatis territorium existentia, & Communitas est cogenda ad declarationem non comprehensionis. Ead. Sac. Congregat. in *Firmana* 19. Nov. 1630. lib. 2. decret. Paul. pag. 65.
- 9 Ecclesiastici non possunt cogi ire ad molendinum Domini temporalis, seu Communitatis, sed possunt ita ad alia sibi beneyisa. Ead. Sac. Congregat. Immunit. in *Neritan*, 1. Septemb. 1644. lib. 3. decret. Paul. pag. 208.
- 10 Molendina vulgo dicta *Centomili* ab ecclesiasticis retineri possunt in propriis domibus pro eorum usu & familie. Ead. Sac. Congreg. Imm. in *Lycien*, 20. Sept. 1650. lib. 4. decret. Paul. pag. 120.
- 11 Ecclesiastici sunt exempti ab impositione moliturae. Ead. Sac. Congreg. in *Iernin*, 10. Martii 1631. lib. 2. decret. Paul. pag. 99.
- 12 Non licet Gubernatori, seu Curia seculari visitare seu perquisitionem facere in molendinis monialium, & aliorum piorum locorum, quavis sint conducta a molitoribus affectuariis. Ead. Sac. Congreg. Imm. in *Verul*, 2. Octob. 1691. lib. 4. decret. Grim. pag. 18.
- 13 Nec vexare didos molitores affectuarios sub praetextu mensurarum injustarum, vulgo *le Scudelle*, sed illas restituere debent. *Ibid.*
- 14 Molitores, seu Conductores molendini Praepositurae & Collegiatae parentati, respondentes pro officio molendini in tot frumentis recollectis in ipso molendino, gaudent privilegio fori. Ead. Sac. Congreg. Immunit. in *nullius Atini* 4. Junii 1697. lib. 2. decret. Vall. pag. 95.
- 15 Molitor, qui sine collectis moluit frumentum mensae episcopalis, nequit molestari a Curia laica, alioquin Episcopus procedat contra eum prout de jure. Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Bononien*, 22. Apr. 1698. lib. 2. decret. Vall. pag. 148. Item 19. Augusti & 16. Sept. 1714. lib. 3. pag. 175.
- 16 Operarii molendini olivarum. Conventus Regularium vendentes otium mensuris non iustis, nequeunt piniri ad justitias secularibus. Ead. Sac. Congreg. Immunit. in *Arianen*, 8. Apr. 1687. lib. 4. decret. Mar. pag. 76.
- 17 Molendina, cum mittunt titulum ad molendina, non tenentur accipere, & nec desere cartulam vulgo *la solleta*, subscriptam a Gabelatis. Ead. Sac. Congreg.

Gubernatoribus, Judicibusque secularibus quacumque molendina Monialium, aliorumve piorum locorum visitare licere, ac contra molitores procedere, si eorum domia, aut conductores fuerint injustis mensuris utentes, est permixsum in Hispania. (1)

(1) Vid. verb. Gubernator.

Imm. in *nullius Altamura* 7. Novemb. 1692. lib. 1. decret. Vall. pag. 85.

Mensura vulgo dicta *le Scudelle* ablata a molendinis ecclesiasticorum, de ordine Gubernatoris, sunt restituenda curiae Episcopali, ad quam etiam debet recurri pro cognitione fraudum commissarum in dd. molendinis. Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Veltierna* 12. Januar. 1649. lib. 4. decret. Alt. pag. 1049. (Videantur quae li. M. pag. 1. adnotantur, cum remiss. libi mente retine quae verb. Clericus, & verb. Furnus sunt addita.)

Quatenus ecclesiastici non molestentur in exactioe impositionis moliturae, & aliorum onerum vigore edictorum, quae ipsos nullatenus comprehendere possunt, supersedendum est a fulminatione censurarum; aliis procedendum ad ulteriora. Ead. Sac. Congregat. Immunit. in *Murinen*, 15. Januar. 1647. lib. 4. decret. Paul. pag. 2.

MOLLITIES.

Vide verb. Luxuria a num. 35. ad 45.

MONACHUS.

Vide verb. Regularis.

MONASTERIUM.

Vide verb. Conventus.

MONETA, MONETARIUS.

SUMMARIUM.

1. Moneta unde dicta.
2. Moneta confunditur cum denario, nummo, & pecunia. Denarius unde dicitur.
3. Nummus unde dicitur.
4. Pecunia unde dicitur.
5. Moneta valor est duplex, scilicet intrinsecus, seu naturalis, & extrinsecus, seu legalis, & qualis sit uterque, modis multis in sequenti tractatu.
6. Ad iustitiam causae monetae tria omnino requiruntur, & assignantur.
7. Jus monetae custodiendi est de regularibus, unde solent Principes supremi possidere de jure monetae custodire, utque in hoc omnino a regibus subditis.
8. Alii autem inferiores non nisi ex speciali privilegio ab aliis facere possunt.
9. Princeps mutationem valoris, sive intrinseci, sive extrinseci monetae facere potest, etiam non rebus, nisi quibus populi consensus, dummodo cessante necessitate, sita: populi damna caveantur.
10. Consensus majoris partis magnatum regni habetur pro consensu omnium.
11. Ob evidens causam, seu necessitatem, Princeps monetae mutationem facere potest, etiam non rebus, nisi quibus populi consensus, dummodo cessante necessitate, sita: populi damna caveantur.
12. Ceterum gravissimo decessat Princeps, seu Magister, si ab aliis adulterare, seu etiam quomodolibet

- ca necessitate monetae mutationem introducat.
13. Si moneta valor mutetur intrinsece, solutio fieri debet ex moneta antiqua, quae currit tempore debiti contracti, si invenitur; si vero non invenitur, antiqua, debet fieri ad illius aestimationem.
14. Et hoc, sive moneta valor intrinsece fuerit auctus, sive imminutus.
15. Nisi tamen in alterius monetae solutione fuerit legitime praescriptum.
16. Si moneta valor mutetur intrinsece, solutio fieri debet secundum ejusdem valoris de tempore solutionis.
17. Si tamen moneta sit a principio taxata ad rationem tot librarum, tunc in solutione attendendus est valor taxatus.
18. Quando monetae species certo numero solvenda sunt in pacium deducta, tunc tot numero species tempore constituto solvi debent, quot fuerunt pacto conventa, sive earum valor extrinsecus sit auctus, sive diminutus.
19. Quando conventa est certa species monetae, solutio facienda est in eadem specie, nec debitor liberatur solvendo in alia specie ejusdem valoris, etiam si ad illi consuetudo, ut una species monetae solvatur pro alia.
20. Intellege tamen, quando facile conventa species monetae inveniri potest, secus autem si non reperitur, quo casu solutio fieri potest, & debet per aliam equivalentem.
21. Quando quantitas pecuniaria in obligationem deducitur, nulla facta designatione speciei, aut facta quidem, sed numero incerto, vel nulla illius facta aestimatione, tunc, si fiat mutatio extrinseca monetae, solutio fieri debet secundum valoris currentem tempore solutionis.
22. Quando valor extrinsecus monetae crescit in manu depositarii, administratoris, aut cujuscumque similis possessoris, seu alterius pecuniae custoditis, ordinarie iure augmentum non ad ipsum, sed ad dominum monetae pertinet, sicuti ad ipsum pertinet decrementum valoris, si contingat.
23. Potest licite moneta purioris materiae, quamvis ejusdem valoris legalis, commutari cum alia imperfectionis materiae, cum moderato lucro, & attentis circumstantiis majoris, vel minoris valoris naturalis, autisque. Et idem dicendum est proportionate de permutatione monetae Cameralis, cum non Camerali.
24. Qui scientia privata rei, valoris monetae esse brevi minuentium, seu monetae esse prohibendam, potest ipsam expendere secundum valoris praesentem, non ut dicitur, sed ut dicitur, ut dicitur.
25. Non excusantur tamen Magistratus ipsi, qui ex industria legis promulgationem differunt, ut inter alia etiam suas monetas majori valore expendant, nisi quod ab aliis acciperit, & acceptus fuerit, pecuniam eam graviter, & tenetur ad restitutionem ei, qui molitoribus suis, & utrens sibi criminis circa monetae puniri potest.
26. Qui bona fide monetae falsam ab alio accepit, & eam bona etiam fide, & utrens eam expendit, & postea comperta veritate, tenetur ad restitutionem illi, qui levis fuit.
27. Moneta falsam fabricantem, veram vendentem, raptor, detentorem, vel minuentem, falsi crimen committunt, & si sint rei leae majestatis sub pena ultimi supplicii, & confiscationis honorum, & feudorum, & aliorum, & privationis omnium dignitatum.
28. Monetae aures, & argenteae tendentes, tam in magna urbe, quam in toto suo ecclesiastico, incurrunt poenam ultimae supplicii, & poenam ultimae supplicii, & poenam ultimae supplicii.
29. Et idem committunt, & ampliat Urbanus VIII. in hoc, & extendit ad quaelibet personas ecclesiasticas, & seculares, & regulares, intra Italiam, auras, & argenteas monetas tendere, fabricare, colorare, & alia ad adulterare, seu etiam quomodolibet

- adulteratas, scienter etogate, aut expendere praesumentes.
31. Pecunias autem adulteratas scienter detinentes, aut de loco ad locum transportantes, aut materiam, instrumenta, sive opem ad praemissa praestantes incurrunt poenam trirerum ad decemium.
32. Cognitio hujusmodi causarum in Provinciis Sedi Apostolicae subiectis spectat ad S. R. E. Cardinales ibidem Legatos, in aliis vero Provinciis Italiae spectat ad locorum Ordinarios etiam quoad Regulares privatos quoad omnes.
33. Monetarii gaudent immunitate ecclesiastica.
34. Attendenda tamen est circa id novissima dispositio Benedicti XIII. quae adducitur.
35. Reliqua usque ad num. 47. non indigent summario.
48. Subnectuntur supplementa Auctoris, ad num. 50.
51. Novae additiones ex aliena manu, ad num. 62.

MONETA est sic dicta eo, quod signi impressione, vel auctoris, vel pretii monetat; Magnus Lexicon Juridicum Calvini, verb. Moneta. Suidas autem scribit, Junonem monetae sculptam fuisse Romae, quia Romanos in bello adversus Pirthum, & Tarentinos de pecunia laborantes benigno responso, ope, consilioque juvisset, in cuius templo nummum eudi institutum est; veteres etiam monetae Deam esse dicebant, quae pecuniae curam haberet, graviter animadvertentem in eos, qui dolum malum in pecunia committerent; qua etiam ratione doctissimi grammaticorum censuerunt, monetae diem, quod monetat, ne quid fraudis in aere, non dereve fiat; Corasius lib. 3. miscell. cap. 13. Sic Calv. in cit. Magno Lexico verb. Moneta.

Moneta confunditur cum denario, nummo, & pecunia; denarius, venit a dena decem significante; leg. 126. ff. de verb. obligat. & inde nomen traxit, quia primo decem asses valebat; Calvin. in cit. magno Lexico verb. Dena, & Denarius. Nummus appellatus est a Numa Rege, qui nummos primam apud Latinos imaginibus notavit, & titulo nominis sui praescripsit; S. Isidorus lib. 16. Origin. cap. 17. Calv. loc. cit. verb. Nummus; ubi infra subiungit: "Quid tamen, si vocem latinam ad verbo & ipso latino derives, nempe a numero; nam nummi functio non minus opinor, numero constet, quam pondere."

Pecunia a Pecude dicta est, quasi peculium patrisfamilias ex pecude aestimatum; veterum enim tota substantia, ac totum eorum patrimonium in pecudibus repositum erat, omniaque necessaria, fundos, domos, esculenta, poculenta, pecudibus sibi comparabant, iisdem pecudes redimebant; Columella in praefat. lib. 6. Alciat. in leg. pecuniae 4. ff. de verb. significat. Calv. loc. cit. verb. Pecuniae. Unde S. Augustinus relatus in cap. Totum 6. caus. 1. quast. 3. sic expresse dicit: "Ideo autem pecunia vocata est, quia antiqui quod habebant, in pecudibus habebant. Et concordat leg. Origo, si de contrahenda emptio. ibi: Origo emendi, respondendique a permutationibus cepit, olim enim non alia erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium vocabatur, sed unusquisque secundum necessitatem temporum, ac rerum, utilibus inutilibus permutabat, quando plerumque evenit, ut quod alteri superest, alteri desit; sed quia non semper, nec facile concurreret, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, vicissim haberem, quod tu accipere velles, electa materia est (pecunia nempe, seu nummus) cuius publicae, & perpetuae aestimationis difficultatibus permutationum aequalitate quantitas subveniret; eaque materia forma publica percussa usum, dominiumque non itam ex substantia praebet, quam ex quantitate: Nec ultra merx, utrumque, sed alterum pretium vocatur." Moneta valor, seu aestimatio est duplex, scilicet valor intrinsecus, seu naturalis, & valor extrinsecus, seu legalis. Valor intrinsecus, seu naturalis est ille, qui provenit ex bonitate metalli, vel materiae, ex antiquitate, ex utilitate majori ad commercia humana, ex majori facilitate, qua apud exteros acceptatur, & ex aliis capitibus, propter quae solet supra extrinsecum, seu

seu legale valore plus dari pro tali moneta. Valor extrinsecus, seu legalis est ille, qui a lege publica, seu decreto Principis, vel Magistratus habentis ad id potestatem, cum sigillo, seu signo imponitur, vel taxatur.

6 Ad justitiam cause monetæ, seu pecuniæ tria omnino requiruntur; Glossa communiter recepta in cap. Quanto 18. verborum. *de jurejurand.* per textum in leg. 1. ff. de contrahend. emptio. Primum est legitima credendi auctoritas, quam etiam signum impressum indicat. Secundum est materiæ bonitas, seu integritas, id est, quod moneta sit tota de ea materia, ex qua esse debet, ut moneta aurea nihil admixtum habeat metalli inferioris, & sic de moneta argentea, & aliis. Tertium est justum pondus materiæ, sicuti signum monetæ indicat.

7 Jus monetam credendi est de regalibus; unde soli Princeps suprema auctoritate gaudentes possunt de jure monetam cudere, lib. 2. *Feudorum* cap. 16. *Quæ sint Regalia*, & leg. 2. cod. de falsa moneta, cum similibus.

8 Alii autem inferiores non nisi ex speciali privilegio id facere possunt; *Communis*.

9 Princeps mutationem valoris, sive intrinseci, sive extrinseci monetarum facere non potest absque consensu Communitatis, vel saltem potioris ejus partis, excepto casu publicæ, ac manifestæ necessitatis; colligitur clare ex cap. Quanto 18. *de jurejurando*, & tenet *communis Doctorum*, teste Layman lib. 3. tract. 3. part. 1. cap. 1. num. 7. Et ratio est quia per mutationem valoris, sive intrinseci, sive extrinseci monetarum infertur maximum detrimentum populo, unde id est injustum, nisi ipse populus sponte consentiat; tum quia monetæ usus, & commoditas debet esse publica & communis, ex cap. Quod autem omnes 29. *de reg. juris* in 6. habetur expresse: *Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari*.

10 Dicitur autem notanter vel saltem potioris ejus partis, quia in similibus rebus consensus majoris, seu potioris partis alicujus Communitatis, v. gr. in hoc casu consensus majoris partis Magnatum regni dicitur consensus omnium; arg. leg. Quod major ff. ad municipalem, cum possibile non sit omnium omnino consensum postulari.

11 Item notanter dicitur excepto casu publicæ, ac manifestæ necessitatis, quia ob evidentem causam, seu necessitatem, Princeps monetæ mutationem facere potest, etiam non requisito populi consensu: Oresmius tract. de mutatione monetarum cap. 22. Covarrub. in Collat. numismat. cap. 7. num. 6. Joannes Faber Institi. Quibus modis tollitur obligatio Princ. Layman. loc. cit. num. 7. ubi sic præcise subjungit: "Sed admoment quod Princeps, cessante necessitate, populo commensurare debeat damnum, quod ob pecuniæ mutationem passi sunt. Exempli gratia si ingruentibus hostibus, ad bellum necessarium gerendum pecuniæ desint, duobus modis Princeps succurrere poterit, vel ut publico edicto monetarum omnium valor extrinsecus augetur, vel ut nummi ærei pro argenteis, ut etiam aureis, impresso eodem valoris signo, cudentur cum implicito pacto crediti, ita videlicet, ut quicumque, finito bello, tale signum attulerit, ipsi bonum nummus argenteus, vel aureus ex eadem Principis officina dandus sit, unde æreus prodierat: quasi tale signum, non tam nummi, quam æræ, aut æstetæ rationem habeat." Et de facto sic fuit præcætatum Melitæ obsidionis tempore, & aderant in monetis verba hæc: *Non æs, sed fides*, attento, quod deinde fuerunt permutatæ, & restitutæ aliæ bonæ materiæ, & justis ponderis; refert Ursaya Institut. crimin. lib. 2. tit. 6. num. 185.

12 Ceterum gravissime peccat Princeps, seu Magistratus, si ob commodum suum, absque publica necessitate monetarum mutationem introducat, v. gr. si bonum monetæ genus reprober, aut banniat, atque congregate conflet, ac postea minus valentem monetam cudi faciat sola lucri sua causa, & hujusmodi; Abbas in cap. Quanto 18. *de jurejurando* num. 1. Gabriel in 4. d. 15. part. 9. art. 3. dub. 1. Majoran. in 4. d. 19. q. 38.

collorari. 6. & communis aliorum: Gravissima enim damna, & incommoda proveniunt solent ex monetarum mutatione, ut experientia docet, & videri possunt apud Layman loc. cit. num. 8. & alios passim.

Si moneta valor mutetur intrinsecæ, solutio fieri debet ex moneta antiqua, quæ curriebat tempore debiti contracti; si vero non inveniatur antiqua, debet fieri ad illius æstimationem; textu expresso in cap. Cum Canonicis 26. *de censibus*, & tenet *communis Doctorum* cum Fagnano lib. 3. decret. in cap. Olim 20. *de censibus* num. 4. & seq. & Rota part. 2. recent. dec. 149. num. 11. part. 3. dec. 108. num. 1. part. 15. dec. 164. num. 8. & sæpe alibi. Et hoc sive monetæ valor intrinsecus fuerit auctus, sive imminutus. *Communis* cum Fagnan. loc. cit. num. 6. per textum in cit. cap. Cum olim 20. & cit. cap. Cum Canonicis 26. *de censibus*. Nisi tamen fuerit alterius monetæ solutio legitime præscriptum, ut patet à contrario sensu in cit. cap. Olim 20. *de censibus*; ibi: *Non nisi triginta sex annorum ad plus tempus effluerit*; per hoc enim innuit, ut si effluisset tempus annorum quadraginta, bene præscriptum esset in solutione alterius monetæ. Et sic tenet Glossa *ibidem* verb. *Non nisi triginta sex*: Innoc. circa finem verb. *Papien*: Abbas antiq. numer. 1. Joann. Andreas numer. 10. Fagnan. numer. 14. & 15. cum Ancharan. Butr. Cardin. Anania, Castellin. Bald. ibi ab ipso citatis: unde si creditor recipiat unam speciem pecuniæ loco alterius longissimo tempore, non cogitur debitor in futurum solvere de pecunia primæ speciei.

Si moneta valor mutetur extrinsecæ, solutio fieri debet secundum ejusdem valoris de tempore solutionis. *Communis* cum Fagnan. loc. cit. num. 22. & 24. & Rota part. 2. rec. dec. 149. num. 11. part. 3. dec. 49. num. 1. part. 11. dec. 24. num. 10. & sæpe alibi: & ratio est, quia hoc casu bonitas monetæ intrinsecæ non mutatur, sed tantum bonitas extrinsecæ, id est, valor. In æstimationem autem valoris inspicitur tempus solutionis; leg. Cum quid & leg. Vinum, ff. Si certum petatur, & leg. Paulus, ff. de solutionibus.

Si tamen moneta sit ab initio taxata ad rationem tot librarum, tunc in solutione attendendus est valor taxatus, quia æstimatio facie venditionem leg. Plerumque §. Si ante, ff. de jure dor. leg. Si æstimatis, & leg. Quoties, Cod. eodem; & ideo reddi, & solvi debet illa æstimatio, & non major, vel minor; Bald. consil. 339. *Punctus questionis talis est* vol. 2. Boer. dec. 327. num. 10. Fagnan. loc. cit. num. 24. & 25. Rota part. 3. rec. dec. 49. num. 3. part. 9. tom. 2. dec. 399. num. 10. & seq. & sæpe alibi.

Quando monetæ species certo numero solvendæ sunt in pactum deductæ, tunc tot numero species tempore constituto solvi debent, quot fuerunt pacto conventæ, sive earum valor extrinsecus sit auctus, sive diminutus, quia illarum superveniens extrinsecæ mutatio crediti commodo vel incommodo creditoris: unde si Cajus dedit mutuo Titio centum duplas eodem numero, & specie restituendas, seu emerit agro pro centum duplis in specie, & numero solvendis; tunc totidem duplas in specie & numero sunt solvendæ, non obstante, quod earum valor extrinsecus sit auctus, vel diminutus. *Communis* cum Covarrub. *de mutatione monet.* §. unico. concl. 7. Layman. loc. cit. num. 13. Rota part. 14. rec. dec. 504. part. 15. dec. 564. num. 23. & sæpe alibi.

Quando conventa est certa species monetæ, solutio faciendæ est in eadem specie, nec debitor liberatur solvendo in alia specie ejusdem valoris, etiam si adsit consuetudo, ut una species monetæ solvatur pro alia. Unde si conventum sit, ut solutio fiat in auro; non tenetur creditor recipere monetam argentæam, quamvis probam, & ejusdem seu æquivalentis valoris. Rota part. 2. rec. dec. 149. num. 4. part. 4. tom. 2. dec. 165. num. 1. part. 5. tom. 2. dec. 141. num. 56. part. 19. tom. 1. dec. 329. num. 1. & 2. & sæpe alibi. Et ratio est, quia *Contractus ex conventionem legem accipiunt* leg. 1. §. Si conveniret ff.

depositi, & regul. 23. ff. cod. & c. Contractus 85. *de regul. juris* in 6. ibi: *Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur. Et aliud pro alio, inuito creditore, solvi non potest* juxta l. 2. §. 1. ff. Si certum petatur.

Intellige tamen quando facile, vel cum modica difficultate species monetæ inveniri possit, secus autem, si qualitas promissa, seu conventa monetæ non reperitur, vel totaliter abscesserit, seu publice fuerit prohibita; quo casu solutio fieri potest, & debet per aliam æquivalentem: argum. cap. Olim 20. & cap. Cum Canonicis 26. *de censibus*. Rota part. 2. rec. dec. 149. n. 5. part. 4. tom. 2. dec. 165. n. 2. Annot. ad dec. 67. n. 52. & seq. p. 9. t. 1. dec. 351. n. 2. part. 14. & dec. 329. n. 3. part. 19. tom. 1. Vide verb. Pensio ad num. 113. ad 118.

Quando quantitas pecuniaria in obligationem deducitur, nulla facta designatione speciei, aut facta

Alterare valorem extrinsecum monetæ inter Regalias numerari, inquestionabile est: hæc ipsamet utens DD. Philippus V. ad extractionem illius; & suis dominis obviandam, cum auxit in aurea: (1) paulo post in argentea: (2) eodem tamen regnante, cum tantummodo argenti majus incrementum accepisset; (3) ut æqualitas, servata proportione, inveniretur, DD. Carolo Rege nostro fuit in aurea amplificatus, (4) statuique si

(1) *Auct. acord. 50. tit. 21. lib. 5.* Como quiera que la continua extraccion de la moneda á otros dominios priva á todos mis súbditos de las conveniencias, que se re refundirian en ellos, si permaneciese constantemente en España, deseando Yo precaver los inconvenientes, y perjuicios que se originan de que salga fuera, y por consecuencia que se aseguren entre mis vasallos aquellos mismos beneficios que produce en otros dominios la extraccion; he juzgado que el medio mas conveniente, y oportuno para lograr estos fines, es subir el valor de la moneda de oro, por la qual he resuelto: (2) *Auct. acord. 51. ejusd.* En consecuencia de la resolucion que tuve por conveniente tomar en decreto de 14. de Enero próximo pasado, dando mas valor que el que tenia á la moneda de oro, para precaver los perjuicios que producía su extraccion; y militando las mismas razones, que para aquella providencia tuve presentes en la moneda de plata, he resuelto: (3) *Auct. acord. 72. ejusd. ibi:* Y aunque se creyó que con aquella disposicion quedaba en parte enmendado este riesgo, ha acreditado la experiencia que los Estrangeros dan mas estimacion á las monedas de plata que la que prescribe la pragmática expresada, por la saca que se vé padecer, y que regulando este metal (aunque se halla acufiado) en calidad de mercadería comerciable, usan ingeniosos de quantos arbitrios les facilita la codicia, para lograr llevarlo, enriquecer sus países, y dexar á los míos sin este precioso fruto, que criandole la divina misericordia en ellos, constituye mayor precision á aplicar providencia, que asegure en lo posible el remedio de este daño: he resuelto establecer y mandar para desde aquí en adelante, que el peso grueso escudo de plata, que hasta ahora ha valido 18. reales y 28. mrs. de vellon, valga y pase por 20. reales de á 34. mrs. cada uno: (4) *Reg. Pragm. 17. Jul. 1779.* Sabed, que manifestando la experiencia los grandes perjuicios que padecen el Estado y mis vasallos, de no guardarse entre las monedas de oro y plata aquella debida proporcion que las corresponde, por no haberse estendido á las de oro el aumento que se dió al peso 6 escudo de plata por la real pragmática que se promulgó en diez y seis de Mayo de mil setecientos treinta y siete por el Señor Rey Don Felipe V. mi augusto padre, en que se mandó corriese por veinte reales de vellon: y deseando ocurrir á estos inconvenientes, mandé examinar este asunto por Ministros de mi satisfaccion, con toda la reflexion que pide su gravedad, y con inteligencia de lo que me propusieron; por decreto señalado de mi real mano de quince de este mes, dirigido al mi Consejo, que fue publicado, y mandado cumplir en él, hoy dia de la fecha, he resuelto que desde el dia de la publicacion de

quidem, sed numero incerto, vel nulla illius facta æstimatione, tunc, si fiat mutatio extrinsecæ monetarum, solutio fieri debet secundum valorem currentem tempore solutionis. Si enim v. gr. Titius det centum scuta Cajo cum pacto, ut tantumdem in bona moneta restituat, vel cum pacto, ut ea restituat in auro, vel argento, non expresso numero specierum, tunc, cum talis species monetæ solvendæ adjecta sit causa demonstrationis tantum, & non æstimationis, monetæ valor extrinsecus, sive auctus, sive diminutus currit commodo, vel incommodo debitoris. Rota part. 16. rec. dec. 230. num. 5. Fagn. loc. cit. num. 11. Bald. consil. 407. *Super factio Domini* num. 1. vers. In contrarium lib. 5. Castel. consil. 35. numer. 9. Joann. Faber Insti. Quibus modis tollitur obligatio, Tholosan. lib. 36. Syntag. cap. 2. num. 27. Federic. Martini de

esta mi carta, el doblon de á ocho que por aquella pragmática se dexó en quince pesos de á veinte reales y quarenta maravedis, valga diez y seis pesos fuertes cabales, siendo del nuevo cuño, y que el antiguo tenga los quarenta maravedis de aumento, y á esta proporcion las monedas subalternas de su clase á cuyo respecto deberá correr el de á quatro por ocho pesos duros, por quatro el doblon de oro, y por dos el escudo, que era el mismo valor que correspondia al oro si hubiese sido reciproco el expresado aumento de la plata, por cuyo medio no solo se asegura la debida proporcion entre una y otra moneda, como siempre se ha observado en mis dominios de America, donde justamente se da al doblon de á ocho el de diez y seis pesos fuertes, con total arreglo á sus reales ordenanzas de primero de Agosto, de mil setecientos cinquenta, sino que se facilita el rasporre del oro de ellos á estos reynos, dificultado al mismo tiempo su extraccion, que por precisa consecuencia se ha sufrido hasta ahora. Y siendo inexcusable para que no quede subsistente la mayor parte de estos inconvenientes, se aumenten á proporcion los veintenes de oro, que es la moneda provincial para estos reynos, hallandose en ellos respectivamente el propio valor intrinseco que en el nacional con muy corta diferencia; he resuelto igualmente, que corra cada uno por veinte y un reales y quarrillo de vellon, que es el que tiene la posible proporcion con el aumento que por esta resolucion doy á la nacional. Y pudiendo con este motivo suscitarse las mismas dudas que se han controvertido con el de los anteriores aumentos sobre el pago de deudas por vales, escrituras, y otros qualesquiera contratos; es mi real voluntad que se proceda en ellas conforme á lo dispuesto por autos acordados y reales decretos de catorce de Enero, y ocho de Febrero de mil setecientos veinte y seis: Todo lo qual quiero se guarde, cumpla, y execute; y por tanto os mando á todos, y cada uno de vos en vuestros distritos, jurisdicciones y partidos, lo hagais asi observar, cumplir y executar segun y como por esta ley y pragmática sancion se refiere y declara, y como si fuera hecha y promulgada en Cortes: y contra su tenor y forma unos ni otros no vayais, ni paseis, ni consentais ir, ni pasar en manera alguna, por deberse practicar, como mando se practique esta mi real deliberacion invariablemente desde el dia en que se publique en Madrid; cuya diligencia se ha de hacer tambien en las ciudades, villas y lugares de todos mis reynos y dominios, puertos secos y mojados, á fin de cautelar el riesgo con que la malicia suele illicitamente interesarse en providencias semejantes, por convenir así á mi real servicio, causa pública, quietud y conveniencia de mis vasallos. Y es tambien mi voluntad.

*Jure cens. cap. 5. num. 60. & cap. 8. num. 59. Mynsinger. Centur. 4. observ. 1. Covarr. de mutatione monetar. §. unic. num. 3. in fine, & conclus. 4. Carol. Molin. de usurar. contrari. quest. 92. num. 708. Sotus lib. 6. de justitia quest. 1. art. 1. & quest. 12. ar. no. 3. Sylvester verb. Solutio quest. 2. Petr. Navarr. lib. 3. de restitut. cap. 1. num. 259. Toletus lib. 2. cap. 34. num. 2. Rebell. part. 2. lib. 11. quest. 15. conclus. ultim. Pillucius in moral. qq. tract. 35. num. 409. verb. Quinto: Ludov. Molin. tom. 2. disp. 312. conclus. 1. Layman. loc. cit. num. 15. Joann. Medina de restit. quest. ultim. vers. Ideo fatetur: Abbas in cap. p. Quanto 18. de Jurejurando num. 2. Hostiens. ibidem, Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 33. num. 35. Engel. ibid. num. 14. & alii plures contra alios.*

22 Quando valor monetarum extrinsecus crescit in manu depositarii, administratoris, aut cujuscumque simi-

casus evenit, in quo intercedat pactum, certam monetam specie, & numero solvendi, atque augmentum acciperit, obligationi satisfieri, dum in eadem specie pretium aequale contractus tempore currentis, vel traditionis solverit, quare ad supplementum aucti valoris nullus teneretur, (1) prout etiam fuit jussum ejusdem DD. Regis benevolentia, asservari in recoleccione, & extinctione monetarum antiquarum Fortunatibus in insulis, sub declarationibus bene sibi visis. (2)

(1) *Auct. acord. 50. tit. 21. lib. 5. Ibi: Y para escusar las dudas que pueden ofrecerse en las obligaciones escrituras, y sales u otros instrumentos, de qualquiera genero que sean, y estén otorgados y hechos con la calidad de que las cantidades que contuvieren, se han de satisfacer en oro, por ser la especie en que se recibieron; declaro; que se han de pagar en la propia moneda de doblones, en el valor equivalente que tenían al tiempo de los desembolsos y suplementos, y no con el aumento de los dos reales de plata doble, á que por esta providencia subirá el precio de cada escudo de oro. Auct. acord. 51. ejusd. Ibi: Declaro se han de pagar en el valor equivalente que tenían al tiempo de los desembolsos, ó suplementos, y no con el aumento que se da por este á la parte. Vid. prox. supra prop. fin. (Auct. acc. 6. e. 4. 16. e. 9. & 15. 34. e. 6. & 7. 35. 37. & 51. in fin. 70. ad fin. tit. 21. lib. 5. Recop.)*

(2) *Pragm. sanc. 20. April. 1776. Sabed: que hallandome informado de los graves daños, y perjuicios que experimentan mis amados vasallos de las Islas Canarias, con el uso de sus peculiares antiguas monedas, asi de plata, como de vellon, por estar muy deterioradas, y faltas del peso que las correspondia, á causa de haberle disminuido en gran parte el transcurso del tiempo, y aumentado este defecto el cercen que han padecido; y tambien del abuso introducido en aquellas Islas de dar á las monedas de vellon el valor que no tienen; por cuyo motivo se han llevado fraudulentamente, y corren mezcladas con las legitimas, y sin distincion otras muchas estrañas de las mismas Islas, creciendo el desorden por las exorbitantes ganancias, que en su esparcimiento aseguran los que se dedicaban á tan ilicito trato, y faltando á veces la precisa circulación de dichas monedas, aun para proveerse de lo necesario, por la repugnancia que hay en recibirlas, de que se sigue la confusion, y embarazos que son consiguientes á la suspension del tráfico y comercio general y diario; Para ocurrir á estos graves perjuicios, condescendiendo á las repetidas instancias, que en distintos tiempos se me han hecho por parte de las Islas Canarias, y á lo que últimamente me representaron el Comandante General, y Real Audiencia de ellas, que han solicitado unánimes se extinguiesen todas sus actuales peculiares monedas de plata y de vellon, y se substituyan en su lugar las que se fabrican para el uso, y comercio de mis reynos de Castilla, á fin de que por este medio cesen los expresados inconvenientes; y atendiendo á que segun las exáctas combinaciones hechas se encuentra la correspondiente proporcion, para que por el uso, y valor establecido de la actual moneda de mis reynos de Castilla, se pague justamente, y sin la menor alteracion el verdadero equivalente*

lis possessoris, seu alterius pecuniæ custodis, ordinarie tale augmentum, non ad ipsum, sed ad dominum monetarum pertinet, sicuti ad ipsum pertinet detrimendum valoris, si contingat. Communis: Et ratio est clara, quia augmentum, & detrimentum extrinsecum est quoddam accidens monetæ, adeoque ejusdem debet esse, cujus est monetæ.

Potest licite monetæ purioris materiæ quamvis ejusdem valoris legalis commutari cum alia imperfectioris materiæ cum moderato lucro, attentis circumstantiis majoris, vel minoris valoris naturalis utriusque, & idem dicendum est proportionate de permutatione monetæ Cameralis cum non Camerali. Molina tract. 2. disp. 401. vers. Dicendum deinde est: Salas de Cambiis dub. 33. número. 3. 4. & 9. Rebellus, 2. part. de obligat. justitia lib. 11. de cambiis quest. 5. Pontas verb. Campior cas. 1. Lugo de cambiis disp. 27. sect. 2. num.

importe de las antiguas escrituras, censos, aranceles, tributos y contratos, ó qualesquiera pago que esté conenido en la anterior moneda de aquellas Islas; por mi real decreto de veinte de Marzo próximo antecedente, comunicado al Consejo, y publicado en veinte y dos del mismo, por un efecto de mi paternal amor á aquellos vasallos, y con el fin de desarragar en un todo los perniciosos daños que padecen: He resuelto, y tenido por bien mandar expedir esta mi carta y pragmática sancion en fuerza de ley, que quiero tenga el mismo vigor que si fuese promulgada en Cortes: Por la qual vengo en extinguir absolutamente todas las monedas antiguas de plata y de vellon, que como peculiatas han corrido hasta ahora en mis Islas Canarias; y mando que en adelante solo se usen y corran en ellas, asi las de oro, plata y vellon, que se labran en mis casas de moneda de estos reynos, como las nacionales de oro y plata de las Indias, dándoles sin diferencia el mismo valor y nombre que tienen en esta peninsula. Y sin embargo de que mi real erario no era de modo alr restituendo responsable á las faltas que el tiempo, ó la malicia han causado en las referidas monedas peculiares de Canarias: ha sido, y es mi real voluntad, en el beneficio de aquellos vasallos y naturales, que la recolección, y extincion de ellas se execute por su valor extrinseco de cuenta de mi real hacienda, baxo de las formalidades que están prevenidas en las reales órdenes que mandé comunicar para este efecto al Comandante General que reside en aquellas Islas. Y declaro que en la enunciada extincion no se comprehenden los reales de plata colonarios, que por error se han confundido en Canarias, baxo el nombre comun de ficas y bambas, que se daba en las Islas á su antigua moneda recogida, que se deben continuar corriendo en ellas del mismo modo que en el resto de mis dominios. Y para que lo contenido en esta mi pragmática sancion tenga su pleno, y debido cumplimiento, mando á los del mi Consejo, Presidente, y Oidores de mis Audiencias, y Chancillerias, y á los demas Jueces y Justicias de estos mis reynos, á quien lo contenido toque, ó tocar pueda en qualquier manera, vean lo que va dispuesto en ella, y lo observen, guarden, y cumplan, y lo hagan observar, guardar y cumplir, dando para ello los autos, y providencias necesarias, sin permitir se contraveniga en manera alguna, sin embargo de qualesquier leyes, estilo, ó costumbre que pueda haber en contrario; pues en quanto á esto lo derogo, y doy por ningano, y quiero se esté, y pase invariablemente por lo que aquí vá dispuesto, precediendo publicarse en Madrid, y en las demas ciudades, villas, y lugares de estos mis reynos é Islas Canarias en la forma acostumbrada, que asi es mi voluntad.

num. 8. vers. Quintus titulus est: ubi dicit sic sentire alios communiter, & num. 11. ubi dicit: "Ego puo non recedendum á communi sententia, sed cum ipsa dicendum communiter licitum esse plus aliquid accipere hoc etiam titulo majoris commoditatis, & facillioris expendibilitatis unius monetæ, quam alterius." Rosignolus de cambiis 1. prout. 4. num. 2. & ipso teste magis communiter contra Medianam, Valentiam, & quosdam alios. Vide ipsum Rosignolum, & Lugonem ad longum nostram conclusionem propugnantes.

Qui scientia privata scit valorem monetæ esse brevi minuendum, seu monetam esse prohibendam; potest ipsam expendere secundum valorem presentem, quia valor justus est valor publicæ currentis secundum communem æstimationem, vel secundum taxationem legis, & non secundum privatam cognitionem, seu existimationem. Communis. Dicitur autem notanter scientia privata, quia Communis Doctorum cum Cardin. de Lugo tom. disp. 26. num. 140. tenet non excusari Magistratus ipsos, qui ex industria legis promulgationem differunt, ut interim suas monetas majori valore expendant: Vide verb. Emptio art. 2. n. 18.

Monetam falsam, v. gr. stanneam, aut plumbeam pro argentea scienter expendens, non obstante quod ab aliis acciperet, & deceptus fuerit, peccat graviter, & tenetur ad restitutionem ei, qui læsus fuit, & ut reus falsi criminis circa monetas potest puniri. Coligitur ex l. 1. §. final. ff. ad Leg. Cornelianam, de falsis, & ex leg. Cornelia 9. ff. eod. & docent Jul. Clarus lib. 5. venentiar. §. Palsum num. 28. Covarr. de Collat. veterum nummular. cap. 8. n. 4. Molina tract. 2. disp. 702. num. 9. Sylvester verb. Falsarius quest. 6. Navarr. cap. 16. num. 167. Tholosan. lib. 36. Syntag. cap. 3. Layman. lib. 3. tract. 3. part. 1. cap. 5. num. 5. & alii passim.

Qui bona fide monetam falsam ab alio accepit, & bona etiam fide, seu ignoranter eam expendit, postea competita veritate tenetur ad restitutionem ei, qui læsus fuit. Molina cit. disp. 702. ad finem, Petrus Navarr. lib. 3. de restitut. cap. 1. num. 312. Navarr. in Manual. cap. 17. num. 167. Layman loc. cit. num. 5. & alii. Et consentit Lugo tom. 2. disp. 28. sect. 2. num. 6. ubi reche cum distincione respondens dicit, cum, qui bona fide monetam falsam expendit, non factus ea de causa locupletior, tunc solum teneri ad restituendum, quando is, cui ipse pecuniam illam solvit, passus est ea de causa detrimentum aliquod. Si autem nullum detrimentum passus est; quia ipse etiam bona fide eam expendit, & solvit personis ignotis, quibus restituere non tenetur, quia nescit, an ipsa etiam detrimentum passæ sint, liber etiam ille primus erit ab onere restituendi; Vide verb. Emptio art. 2. n. 1. ad num. 9.

Monetam falsam fabricantes, veram tondentes, radentes, vel minuentes, falsi crimen committunt, & sunt Rei læsæ Majestatis sub pœna ultimi supplicii, confiscationis bonorum, & Vencorum, infamie, & privationis omnium dignitatum §. 1. 2. Cod. de fals. Monet. Ibi: Cujus obnoxio crimen læsæ Majestatis committunt, & concordant l. 1. & 3. Cod. & l. Quicumque ff. Ad Leg. Cornelianam, de falsis. cum similibus. & tenent Doctores communiter.

Monetas aureas, & argenteas tondentes, tam in Urbe, quam in toto statu ecclesiastico incurrunt pœnam ultimi supplicii. S. Pius V. constituit. 3. incip. Cum nihil magis: Quam constitutum approbat, confirmat, & innovat Urbanus VIII. Et ad omnes, & singulas personas ecclesiasticas etiam quomodolibet exemptas, cujusvis Ordinis, Societatis, Instituti, necnon militarum quarumcumque, etiam hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Regulares, in omnibus, & singulis provinciis, regnis, civitatibus, terris oppidis, castris, & locis in Italia dumtaxat existentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel alias adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut expendere præsumperint, extendit, & ampliat, ac vult ut culpabiles in præmissis reperi,

prævia degradatione, curiæ seculari puniendi tradantur. Urbanus VIII. constit. 75. incip. In supremam: Pecunias autem adulteratas scienter detinentes, seu de loco ad locum transportantes, aut materiam, instrumenta, sive opem ad præmissa præstantes incurrunt pœnam triennium per decennium. Urban. VIII. in d. constitutione incip. In supremam:

Cognitio hujusmodi causarum in provinciis Sedi Apostolicae subjectis spectat ad S. R. E. Cardinales ibidem Legatos: In aliis vero provinciis Italiae spectat ad locorum Ordinarios, etiam quoad Regulares private quoad omnes, etiam Superiores ipsorum Religiosorum, ipsis Superioribus penitus exclusis. Urban. VIII. in dicta constitutione incip. In supremam §. 6.

Monetarii gaudent Immunitate ecclesiastica; sed contra ecclesiasticos complices in hoc delicto procedendum est juxta formam dicte constitutionis à Sanctissimo editæ anno 1627. Sacr. Congr. Immunit. in Oppid. 16. Jan. 1635. lib. 2. decret. Paul. pag. 174.

Attendenda tamen est novissima dispositio Benedicti XIII. in constit. incip. Ex quo edita 1755. sexto Idus Junii, ubi sic expresse habet: "Excludimus, prout iter repellimus; atque privamus ejusdem Immunitatis privilegio, constantes, adulterantes, vel tondentes quascumque monetas aureas, vel argenteas, etiam Principum exterorum, quotiescumque in loco, sicut provincia, ubi crimen admittitur, liberum habeant usum, & commercium, vel ipsas monetas confatas, adulteratas, aut detonsas scienter ita expendere, & erogare præsumentes, ut fraudis consensu, atque particeps censeri possint." (Vid. verb. Immunitas ecclesiastica.)

Cognitio causæ Sacerdotis monetarii spectat ad Eminentissimum Legatum private quoad Ordinarium juxta dispositionem dicte Bullæ. F. R. Urbani VIII. Sacr. Congr. Immunit. in Bononiens. 6. Sept. 1691. lib. 1. decret. Altov. pag. 729.

Vigore ejusdem Bullæ cognitio causæ fabricationis falsæ monetæ contra Clericum spectat ad curiam episcopalem, Ead. Sacr. Congr. Immunit. in Eugubina 163. Febr. 1632. lib. 2. decret. Paul. pag. 36.

Verum aliquando contra ecclesiasticos fabricatores falsæ monetæ datur facultas Gubernatori procedendi etiam per alium, modo sit Clericus; Ead. Sacr. Congr. Immunit. in Beneventana 26. April. 1671. lib. 2. decret. Altov. pag. 1373.

Conceditur, mandante Sanctissimo, facultas Eminentissimo Legato extrahendi, & retinendi prætenso monetarios, ac conficiendi processum, quem ad Sacram Congregationem transmittat; Ead. Sacr. Congr. Immunit. in Bononiens. 30. Aprilis 1672. lib. 1. decret. Altov. pag. 683.

Monetarius, in cujus domo reperit fuit Breve Sanctissimi, & sigillum, utrumque est probabilibus indicibus falsum, mandante Sanctissimo, extrahitur à quocumque loco immuni per D. Nuntium; Ead. Sacr. Congr. Immunit. in Neapolitana 29. Dec. 1668. lib. 1. decret. Altov. pag. 302.

Monetarius ad prædes M. Ducis ex gratia specialis Sanctissimi extrahitur ad formam Bullæ, & retinetur in carceribus ecclesiasticis usque ad novum ordinem, quamvis casus non sit de exceptis; Ead. Sacr. Congr. Immunit. in Pisana 7. April. 1668. lib. 1. decret. Altov. pag. 214. in Florentina 9. Febr. 1669. dict. lib. pag. 314. Attendenda tamen nunc dict. Bulla Benedicti XIII.

Ad instantiam Regionum datur facultas Episcopis Status Mediolanen. inquirendi in locis immunitibus, & extrahendi monetas adulteratas, & tonsas, ac etiam instrumenta ad hunc usum: Quo vero ad Monetarios, & Tonsores conceditur Eminentissimo Archiepiscopo Mediolan. facultas ad triennium illos extrahendi, & retinendi in carceribus eccles. vel ad unam custodiam in laicalibus nomine Sacr. Congr. & conficiendi processum ad effectum transmittendi, ac etiam communicandi aliis Episcopis facultatem tantum extrahendi, & custodiendi ipsos Reos; Ead. Sacr. Congr. Immunit.

- in *Mediolanen. 6. Julii 1677. lib. 2. decretal. Altov. pag. 1411.*
42. Datur facultas Episcopo procedendi contra Monetarios extractos ab ecclesia ad rigorosum examen, atque enormitate, & frequentia horum delictorum. *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Lycien. 26. Julii 1667. lib. 1. decretal. Altov. pag. 138.*
43. Conceditur facultas, annuente Sanctissimo, Vicario Generali consignandi instrumenta extracta ab ecclesia, quibus monetarius utebatur ad cudendos nummos, & etiam nummos ipsos, si adsint, facta protestatione, ut dicta Curia procedat in causa citra poenam sanguinis. *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Mediolan. 16. Febr. 1679. lib. 2. decretal. Altov. pag. 1712.*
44. Annuente Sanctissimo, datur D. Nuntio Apostolico facultas restituendi, seu consignandi Judicibus Laicis monetas falsas repertas apud Fratrem N. Mendicanem retentum in carceribus Nuntiaturæ, postquam eisdem usus fuerit pro omni eo, quod attinet ad suum tribunal cum solita preservatione. *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Neapolitana. 10. April. 1664. lib. 1. decretal. Vallem. pag. 115. Quoad omnia supradicta attendenda est nunc dicta Bulla Bened. XIII. incip. Ex quo:*
45. Conceditur facultas in forma Commissaria, annuente Sanctissimo, Inquisitori, & Episcopo Melevitano, ut pro extinctione monetæ ex ære fabricatæ contribuant ecclesiastici, tam Seculares, quam Regulares una cum laicis in summa scutorum 135. mille pro rata quorumcumque bonorum, rerum, & effectuum per eosdem Commissarios declaranda; ita tamen, ut creditum etiam Relig. Hierosolymitanæ ad dictam summam ascendens remaneat extinctum, & residuum ejusdem monetæ ex ære fabricatæ infra biennium amota omni dilatione etiam extinguatur. *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Melevitana. 10. Nov. 1649. lib. 3. decr. Paul. pag. 64.*
46. Taxæ editio regio impositæ ex causa monetæ novæ non comprehendunt ecclesiasticos, & injungitur D. Nuntio, ut teneatur immunitatem ecclesiasticam. *Ead. Sacr. Congr. Imm. in Aprutina. 1. Apr. 1695. lib. 1. decr. Vall. pag. 180.*
47. Ad instantiam Regis Catholici Sacr. Congr. Immun. ex placito Sanctissimi concedit approbationem donativi extraordinarii ecclesiasticorum in regno Siciliae, dummodo erogetur in causa monetæ novæ. *In una regni Siciliae, seu Panorm. 16. Sept. 1698. lib. 2. decretal. Vall. pag. 176.*
48. Monetas aureas tendentes ultimi supplicii poena plectantur. *Bened. XIV. const. incip. ad curam: §. 2. Poenam hanc ad tendentes monetas argenteas ampliavit S. Pius V. Pontifex in const. incip. Cum nil magis. Idem ibid. §. 2. Urbanus autem VIII. in const. incip. In suprema: hujusmodi poenali sanctioni obnoxios facit ecclesiasticos quoscumque tam seculares, quam regulares infra Italiam, & insulas adjacentes. Idem ibid. §. 3.*
49. De mutatione monetæ inter diem contracti debiti, ac solutionis, gravis præserim in mutuo controversia est, cui nocere ea debeat, creditori ne, an debitori? Plures sane hac de questione scripsere, sed qui eos legit, vix assequi potest quid sibi vellent.
50. Priusquam vero propius ad rem veniamus, nonnulla præmittenda sunt. Notandum primo est, mutari internam numerorum bonitatem, quoties ipsa proba numerorum materia in nummis recentioribus minor invenitur pondere, seu quantitate, quam in veterioribus, ad posteriores eandem puritatem, bonitatemque habent, sed levioris ponderis; vel idem cum prioribus pondus habent sed plus inferioris metalli singulis mixtum est.
51. Notandum secundo est, externam numerorum bonitatem consistere in valore, qui imponitur publica auctoritate materiæ publicæ signatæ ea mente, ut perpetuus stabilisque sit. Quo fit, ut usum, dominiumque pecuniæ non tam ex substantia, quam quantitate præbere intelligatur, immo non amplius corpus, & æstimatio illa publica deinceps spectanda sit, per quam pecuniæ corpora semel æstimata omnem impostorum aliam respuunt privatam æstimationem, omniaque æstimant.
52. Notandum tertio, mutari aliquando externam valo-

rem ipsius materiæ, scilicet auri, argenteque, per usum, atque commercia hominum auctio rudis auri, aut argenti pretio; & ita quidem ut pari proportioni non surgat æstimatio utriusque metalli, ex quo nummus constat, sed magis auri, quam argenti, aut vice versa. Ex quo necessario agenda deinde quoque est publica æstimatio numerorum jam cisorum, & cudendorum, etsi materia eorum neque melior, neque major sit.

Notandum ultimo, ita plerumque in rebus publicis, aut regnis bene constitutis externum valorem nummis auctoritate publica solvere, atque etiam oportere imponi, ut cum intrinseca materiæ bonitate conveniat, eoque respondeat.

Hic notatis, sentio bonitatem internam, & externam numerorum mutatam, ipsamque etiam mutationem valoris metalli seu materiæ, quæ mutationibus superioribus præbere solet occasionem, cedere lucro, & damno debitoris, maxime mutuatarii obligati ad pecuniam reddendam. *Conf. Neostad. Cur. Holland. dec. 37. per tot. & Christin. Belgicar. decision. volum. 3. dec. 2. n. 1.*

Et ratio est, quia, ut notatum est, pecunia qua tantum usum dominiumque non tam ex substantia, quam quantitate præbet, quæ quantitas ita auctoritate publica definitur, ut illa sola, & nulla alia spectari debeat in expendendo, & in commercio inter homines.

Patet hinc, errare eos qui asserunt mutata intrinseca materiæ bonitate tempus contractus, mutata vero extrinseca bonitate, id est, valore imposito, tempus solutionis attendendum esse in solutione faciendam.

Declarata tamen, ita procedere quæ diximus, si nulla ex parte debitoris, vel creditoris mora intercesserit. *Neostad. dict. decision. cur. Holland. 37. Coron. observat. 16. per tot.*

Tum declarata procedere, nisi pactum sit de solvenda certa moneta in specie; *Grot. manu. ad Juris Holland. lib. 1. c. 10. n. 18. & seq. Wassenaar Pract. Judicial. c. 11. n. 103. §.*

(Postquam additiones hisp. verb. Alchimia, vers. Alchimistæ: novis, vers. Vide circa hanc: verb. Falsum, vers. Si alius à Principe: novis, verb. Si omnia: & huic verb. adscripta, fuere recognita, mi futurum conforme esse videtur, quod præter præjudicia, ex monetæ extractione provenientia, immediate notentur non solum media ad quæ fuit necesse confugere ne terrestres, viresque maritimæ nostris deficerent temporibus, verum etiam variationes numerorum in eorum formatione.

Quam commendabilis sit extractio prohibito, probatione indigere non videtur: ex maximo Status malis esse non advertitur: Exteri ditantur, & penuriam per consequens regnum patitur: quot incommoda, & quot detrimenta, si prohibitionem extractio similis non admittat, oriuntur, quilibet cogitabit: pecuniarum copia magnitudinem animo infert: eundem erigit: vires nutrit: exercitum terrestres, maritimosque celeriter parat, tam ad regni internam subsistentiam, quam defensionem confestim omnia providit: ejusdem splendorem aperit: fœdera in: audaciam reprimat: intra suos cancellos omnes continet: obsequium, & reverentiam exhibet: pecuniæ denique obediunt omnia: prædicta inter alia absentes, tali distractione haud vitare quare, facile cum possit extractio propter lucrum ex ea dimanans in effectum perducit, majori poena quam in aliis criminibus coercetur: qua de causa præter alias determinationes eandem impediens, tam DD. Joannis I. Enrici III. Catholicorumque Regum tempore, quam D. Philippi IV. sunt poenæ in eandem distrahentes stabilitæ: omnes comprehendunt regulatæ, sint sive exteri, auri, argenti seu suppellectilibus extractiones efficietes: poenæ (nisi venia Principis ad eandem intercedat) mortis in eos, auxiliares, fovesentes, & qui, cum possint publici officii ratione huic extractioni impedimentum præstare non obstantur, fulminatur: bonorum confiscatio nec excluditur, usque adeo hæc extenditur animadversio, ut, si rei in minoritate constituti inveniatur, vel adus extractionis non fuerit perfectio nem assequutus, eadem puniendi veniant: *leg. 17. ad 25. tit. 9. lib. 6. Ord. Reg. 1. 60. & 61. titul. 18. lib.*

lib. 6. Recop. Casti: Ad rem verb. Forum vers. In nefando: *Aut. Acc. 3. & 4. ejusd. tit. & lib. Recop. Casti.*

Nihilominus certæ tam sint proxime relatæ determinationes, necessario non sunt posteriores despicientes, tamquam præcedentibus abrogantes, aut derogantes; *(Vid. verb. Lex) Regia instructio 22. Julii ann. 1761. (Vid. lit. T pag. 3. col. 1. in add. nov.) c. 28. Instr. memoriæ debet committi; postquam cap. 26. poena decernitur, si prohibitarum mercium quæstus fiat, in 27. de eis, quæ sunt imponendæ fraudem in Tabacci, salis, ceterorumque, quorum est venditio interdicta nostro idiomate Generos estrancados specie, contrahentibus, semocinatur, sed in 28. auri, & argenti fit mentio; animadversio igitur in primo casu omnium mercium amissione absque vehiculorum, lecticarum, plastro-*

rum, belluorum reliquiarum, naviumque, quibus exportantur, & vehuntur, exclusionem, consistit, adeo ut, si merces licite cum illicitis admixta reperiantur, eandem sunt sortem habituræ, cum expensarum in omnibus solutione, quæ ex ceteris reorum bonis sequestratis fieri debet, nisi deficient, tunc equidem, si eorum datur defectus, ex quantitate de commissio orta præstabitur: in africana præsidia per trium annorum spatium sunt insuper pro prima vice mittendi, pro secunda sexennium præfigitur, octavo annorum curricula pro tertia: justum judicis arbitrium præterea quoque attenditur, eo quod secundum fraudis qualitatem, in omnibus apprehensis multum prævalebit; *in cap. 27. præter Tabacci & amissionem crimina hujusmodi perpetrantes, receptatores, auxiliares, expendentes, emptores, fovesentes, similibusque ductores specierum quinque, octo; aut decem annorum spatia eadem poenæ respèctive plectuntur; cap. 28. in auri, sive argenti extractores, in frusta, pulverem, suppellectilia, nummis-mata, signo horum regnorum causa, seu exterorum, conversi, redacti, poenæ eadem non est, quia licet circa speciei extractæ amissionem, atque expensarum judicialium solutionem conveniant, pro prima apprehensione anni octo, quingentorum solidorum vulgo Pesos multæ exactione signantur, decem pro secunda, dictæ quantitatis duplicatione non omittitur: pro tertia denique, confiscatione omnium bonorum etiam comitante, per vitæ reorum tempus poterit condemnari in prædicta præsidia extendi: ab ista vindicta nec fraudis dominus, nec occultatores eximuntur. Perlegere hæc instructiones plurimum conducit. Monetam cudendi formam, & materiæ eidem signandi, valorem, incrementum, seu diminutionem æstimandi, non est qui ambigit nemini licere talem sibi arripere potestatem, ex ipsismet titulis, verb. Alchimia, vers. Vide circa hanc: patet.*

His memoriæ demandatis, in primis fiet mentio variationum hæc nostra ætate decretarum, postea media referentur in exordio adnotata.

Ad primum: moneta sena sive cuprea mutationem primariè passæ est: non parvum impedimentum commercio afferebat: in ejus numeratione multum temporis insumebatur: interesse in hujus cum aureæ, argenteæque, commutatione non deficiente: facturas quilibet ægre forte tolerabat; si ad traditionem penlegeret, hæc non solum de causa aliam ejusdem materiæ per reg. pragmaticam 5. Maji ann. 1772. cudi fuit præceptum: in Segoviensi argentaria duodecim, octo, quatuor, duos, & unum tertius impletos, variis fuerit signati: in omnibus, præter alia, in ejus formatione animadversa, ex uno latere regia faciès vulgo el Real Busto est demonstranda: assignatur tempus, ut exstingueret vestigium, videlicet intra sexennium: ceterum si adesse necessitas, absudubio fieret prorogatio, parum post, eisdem damnis oblivioni non traditis, aurea, atque argentea aliam formam obtinuit, ideo sub latino sermone picturæ ejus fiet enarratio.

Moneta aureæ nationales, quæ tam in monetariis horum regnorum, quam Indiarum officinis cudantur, regii simulachri lingua hispanica el Real Busto forma in dextera faciè induti, galeati, & paludati signanda: in cuius ambitu CAROL. III. D. G. HISP. ET INDIAR. REX anno cusionis subter adjuto circumscribitur: in faciè aversa stemma regium signis, quibus regiarum ordinationum

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VI.

vigore in præsentiarum utitur, (*Lit. I. p. 180.*) ornatum imponitur, prope quod hoc lemma legatur IN UTROQUE FELIX AUSPICE DEO: strematis latere in dextero litere seu notæ metropolim, in qua nummus signetur, designantes statuatur, in sinistro vero nominum primæ literæ inspectorem hisp. idiomate Ensayadores hujusce metalli officinæ: litera, numeroque addito qui cujusque nummi valorem denoter: ad extremum utriusque faciè ornatus collocatur, ac tandem funiculo angusto, atque in planum intorto fimbria claudatur.

Moneta aurea provincialis sub nomine hisp. Escudito ó Veinten eandem imaginem (hoc est Real Busto) illius magnitudine accomodatam cum unica hæc inscriptione CAROL. III. D. G. HISP. R. præsefert, quia hisce ditionibus tantum cuditur: in aversa faciè stemma regium præcipuum cum signis absque lemme in periphèria, sine numero & valoris litera: in reliquis omnia, quæ in aureis nummis communibus, & nationalibus, servando.

Omnis argentea moneta nationalis columnas gerens, tam quæ in monetilibus Americæ officinis, quam hujus peninsulae, quotiescumque cudi præcipiatur, in faciè dextera eandem imaginem regiam, heroicè indutam cum chlamide ac laureatam cum hac ad ambitum superscriptione CAROL. III. DEI GRATIA anno subter notato, in quo cuditur, cum ornato ad extremum utriusque faciè, & cum funiculo ad fimbriam ad similitudinem torquis quadratæ, cujus fibulæ taxantur una per planum, altera per obliquum: in aversa regium insculptur stemma cum præcipuis signis, regia condecoratum, ad cuius latera duæ erunt columnæ cum lemme PLUS ULTRA fasciis inscripto: extra columnas literæ sive notæ metropolim signantes collocantur cum nominum prima litera inspectorem officinæ, numero, literaque valorem demonstrantibus; monetam semisem regii argentei sub hisp. nomine el medio Real de plata consuetum, quæ hoc signo carebit, semper platen excipiendo: at in faciè aversæ circumferentia finietur inscriptio hisce notis HISPAN. ET INDIAR. REX.

Nummus argenteus tam communis quam provincialis duntaxat hisce regni insculptus sine indumento aliquo, & quodammodo paludatam, eandem imaginem portabit, in ambituque legetur, CAROLUS III. D. G., sicut in ceteris nummis ad calcem annum habebit: regiorum stemma aversam faciè adornabit, pariformiter ac in argenteis quæ in America, sine columnis tamen signantur: ad latus unum litera R. qua subter litera prima metropolitæ seu metropolis, in qua conficitur: ex adverso in alio latere stemmatis, nominis inspectorem literæ, quas numerus supereminet cujusque nummi valorem ostendens, sed semis monetæ regii patrio sermone el medio real de plata, ó realillo de vellon. qui hæc notam non feret, excipitur: ad extremum cujusque faciè adjiciatur ornatus, & in fimbria funiculo rotundus ad oblongarum unionum formam: in aversa facie inscriptio recte perficitur sequentibus literis HISPANIAM REX: sic per reg. pragmaticam sanctionem 9. Maji ann. ejusd. 1772. in §. 3. & 4. decernitur.

Præcedentes monetæ formas patefacere curavi; verumtamen, cum per judicis inspectionem nostro sermone vista oculari alicujus momenti (*leg. 8. tit. 14. p. 3.*) Sit in jurè probatio nummismata ab illo tempore anni scilicet 1772. conflata recognoscantur, siquidem nullus signa, ornatus, & insignia quibus instruuntur, satis demonstrare valebit quam in rem præsentem venire.

Successivis temporibus regia alia pragmatica 20. Apr. ann. 1776. & 17. Julii ann. 1779. (*vid. hisp. add.*) fuit publicata: tamen causis occurrentibus, ut omnis etiam æqualitas inter aureas observaretur, nummus aureus, seu coronatus, vulgo Escudito, ó veinten, mutationem per reg. prag. 21. Mart. ann. 1786. recepit, quæ more solito die 27. ejusd. mens. publicationem meruit: ita ut, cum per illam 17. Jul. quindecim ad summam argenteorum viginti, & trecentorum redigerentur, alii suffeci, quorum sexdecim eandem summam efficerent: ex uno latere seu faciè simulachrum regium seu imago cum hac inscriptione CAROL. III. D. G. HISP. REX. annusque etiam in quo fuit signatus apponi debent: ex

altero regia stemmata, torque, seu auro vellere circumdata, solummodo insculpantur.

Ad secundum nunc fit transitus: Ut primum divina disponente voluntate solum monarchie hispanæ occupavit, pro viribus firmare tranquillitatem Europæ, & Americæ, à qua (Reg. Sched. 26. Jun. & 8. Jul. an. 1779.) ambarum regionum felicitas pendebat incolarum, fuit præcipuus finis quem Regia Catholica Majestas D.D. Carolus III. perpendit: sanis, politicisque modis omnibus, (Vid. lit. G pag. 148. col. 2.) ut pacem inter Gallicam & Anglicanam Potentiam conciliaret, minimaque bellica scintilla in hac ditone vitaretur, utendo: nullius partis cupidus ab initio generose, ac sincero semper egit ad honoratum, necnon accomodatam cuique compositionem bellantes deducere intendit, quo fortius videretur negotium, thesauros aperuit, armamenta maritima paravit quæ possessiones cognatas ab omni contumeliatas effluendo, arbitrium pacis, & belli eandem majestatem designabant: affluere bonis, atque prosperare tantum volens populus, agriculturam fovit, commercium auxit, ac de quorundam vigesimalium abrogatione, & diminutione cogitavit: hæc agendi ratio pacifici animi argumentum fuit: incassum belligerantibus, operæ ejus cupidus justa, & adæqua proposuit: promissis, necnon dilatoris actionibus ambitiosum animum Londinensis patrefecit Aula: Hispaniam sub umbra negotiationis fore desiderem in animo habebat: maritimas Borbonicas vires disjungas conservare volebat, usurpatione quorundam Dominiorum Americæ jacturas passas: suis in Constitutionibus reparare sperabat: hostes novos ex incultis nationibus Florida suscitavit, incitabat enim gentes contra Luisianos innocentes subditos ad conjurationem; Britanni præterea hispanum navalem insultantur: naves spoliarunt: capturas multas injuste fecerunt sicut & per multas contumelias quas vanis redemerunt promissis: ideo ex Aula Britannica Rex Catholicus Legatum revocavit, suis subditis cum populis Anglicanis commercium interdicens: via etiam hostimentis auctoritatem concessit terra, marique hostiliter agendi, prædam qualemcumque linquens; non dubitavit Regia Majestas quin clientes ejus Americam, efficaciter concurrente ad regni tutelam, & fidelitatis, & studii argumenta datur fuerint, cum ab hostilitatum vigore celer pendeat pacis restauratio; qua justa de causa promulgari, & sic bellum declarari fuit jussum, atque omnibus, tam ecclesiasticis quam secularibus vassallis commendatum ad patriæ propugnaculum naturalium animos conciliare: illis præsertim, ut publicas, & secretas apud Deum preces funderent, divinumque auxilium armis hispanicis impetrandi ergo: hisce vero, ut easdem committentes, quantum in ipsis fuerit, omni via contra vires, britannasque constitutiones arma moverent; idcirco cor regium impulsu hoc jam inevitabili, ordinisque splendorem sustinendi periculum, nec posse de cetero amplius perpeti, nec expectare absque diadematis nota considerans, omnibus, ne plus gravaminis paterentur, & nobis contributionibus essent vassalli subiecti, exquisitis, non potuit, licet agereferens, & summo dolore commotum, quin vassallis onus aliquod imponeret, quare, ut ex ordinaria conlatione, tertie plus partis omnes contributorerent, fuit præceptum (Vid. *supra* lit. G.)

Tamen prosequendi bellum necessitate, eorumque levamine devinctus, adhibita simul diligentia, ut negotiationibus, tamquam robur, & firmitatem huicque regioni præmaxima præstantibus, incrementum non deficeret, prævio sapientium virorum (Vid. *verb. Lex. in nov.*) assumpto judicio, decrevit, ut pecunie omnes, ex quibus annui redditus debent provenire, ad majoratus, patronatus, operave pia attinentes, quarumque capita nullum focus conferebant, sive ad particulares personas (Vid. *in cit. lit. G. ex Reg. Sched. 8. Mart. an. 1781.*) legerentur, ac super regiam gazam pro censu ad ea extinguenda imponerentur: proventus equidem regio (Ad rem lit. T pag. 3. in add. hisp. & nov.) sub nomine hisp. *del Tabaco* in eorum securitatem, & redditus trium regalium pro centum annis singulis solvendi, spe-

ciali hypotheca afficiendo; verum (Vid. *dis. Sched.*) ne quisquam errore captus credat, deceptionem aliquam (Majestatem minime decet) in oblati accidere posse; advertet, non solum hanc hypothecam supponi, sed etiam esset impositionis scriptura obsignata, ejus prælatio in annua solutionis exactio debet aliqua sine mora attendi: ceterum, si intervenit, quod non est sperandum, inest creditoribus facultas adversus eosdem proventus in Supremo Castellæ dumtaxat Senatu, aula quam *Juristia* vocant, executionem confestim petendi, absque eo quod pecunie non numerata ullo in tempore possit opponi, cum nulla securitatibus, quæ publicarum functionum gratia, sive in solidum, sive in parte solute esse conscribuntur, sit obijcienda.

Isdem causis sustententibus, quo tendebat regia voluntas, levamine vassallorum semper cogitans, se contulit, eorum gravamen evitare curando: itaque summam novem millionum nummismatum lingua vernacula *Peros* à variis mercatorum domibus oblatam (Reg. Sched. 20. Septemb. an. 1780.) mutua accipere non recusavit: ad cuius securitatem usque ad sexdecim millium, & quingentorum numerum nomina, vulgo *Vales*, edita fuerunt: vim nummorum, aut pecunie eandem habitura: valorem ejus tamquam si esset numerata, cum assignatione quatuor in redditu annuatim pro centum persolvenda, obtinendo, usquequo totius capitalis redemptioni in effectum perduceretur: ita ut à nemine præter quos stipendia pro suis, munere, laboribus, & operibus ad alimentum mererent se lucrantur, contenti debent: sed si de facto mercatores eorum admisionem refugere intendent, horum regnorum naturalitatem amittere demandatum existit: cum temporis præfinitione intra quod sum redditus solvendi, & quæ nomina spernenda veniunt, si in eis aliquod vitium reperitur: inter alia multa *suis* 14. §§. *sec. art.* contenta, non omittitur præscriptionem judicium efficere qui in casu falsificationis eorum cognitionem assumere debeant: de quo infra.

Angustis alterius progredientibus ad aliorum creationem, mature meditata proclives devenerunt animi, quia satius judicabatur, hisce regis literis valorem constituitur, quam stipendiorum, pensionumque satisfactionem suspendere, vel regiam gazam, æquis ut accidit periculis, alienationem pati: propterea quod in quantitate (Reg. Sched. 20. Mart. an. 1781.) quinque millionum ejusdem monete alia nomina sunt sub conditionibus in præcedenti expressis noviter creata, atque quatuordecim millionum alia ad Quæstoris sui Magistris (Reg. Sched. 20. Jun. an. 1782.) memoris Principis hispano idioma *el Ministro de Hacienda* ordinem stare debentia quousque aliter de illis disposuerit; nomina supradicta in numeratione aliquam habent distinctionem: in prima creatione singula sexcentis dictis constabant monetis: in secunda & tertia sexcentis, ex iisque quælibet centum, octo, & assibus viginti: Vid. Reg. Sched. 9. Apr. an. 1784. quæ cum variis declarationibus super dictorum nominum renovatione idem comprobatur: Reg. Decret. 29. Jun. an. 1785. ne despicias, ubi animadvertes quod posteaquam sicut in Reg. præcedenti Sched. fit mentionem antecedentium, ad num. 3334. nominum tertia creationis extinctio demandatur.

Alia auxilia inquirendi ratio cum non supersederet, æstimareturque nomina ultra prædictum numerum extendi jam non oportere, alterum præstimonium accipere, in mentem venit: qua forma est discretio facienda, ut pote horum creditorum præstantia notoria est: nullus dubitat, patrem hostri Catholici Principis, semper augmentum varia ob discrimina quæ glorie Hispanæ invidi sufferre coegerunt, solutionem stipendiorum, & mercedum suspendisse, in quorum securitatem literas ad ulteriorem executionem, quibus creditum liquebat, in favorem creditorum fuisse expeditas: & quamvis aliquorum extinctio in toto aut in parte esset nostris (Vid. ad rem Regia decreta 2. Decemb. an. 1749. (fit mentio in eo Reg. Dec. 15. Jul. an. præced.) 22. Febr. 23. Mart. an. 1760. 16. Febr. an. 1761. cum reg. instruci. 22. Februar. an. ejusd. 1760.) temporibus commendata, tolli, aut dissol-

## MONIALES.

## ARTICULUS I.

Moniales quoad ea, quæ concernunt puellarum educationem, novitatum, & professionem.

## SUMMARIUM.

1. **P**UELLÆ educationis gratia recipi possunt in monasteriis Monialium.
2. Plures tamen requiruntur conditiones, ut puellæ inibi educandæ recipiantur, & prima conditio est, ut monasterium ad educationem puellas recipere consueverit.
3. Monasterium dicitur solum puellas ad educationem recipere, quando alias in educationem tenuit, licet forte modo nullam educandam habeat.
4. Non possunt tamen recipi educandæ in monasteriis Converteritarum.
5. Neque in illis monasteriis, in quibus viget prohibitio admittendi puellas ad habitum.
6. Secunda conditio est, quod puellæ habitent in loco separato à dormitorio monialium, & novitiarum, aliis monasteria non habentia talem locum separatum pro dictis puellis, non possunt eas in educationem recipere.
7. Unde ad hoc jubetur monasterium visitari.
8. Tertia conditio est, quod puellæ educandæ non recipiantur in monasteriis, nisi de expressa licentia Sacre Congregationis.
9. Et hoc sub pena violatae clausuræ.
10. Licentia recipiendi in educationem non conceditur Monialibus in particulari, sed solum monasterio in communi.
11. Ordinarius non potest hujusmodi licentiam concedere.
12. Non obstante contraria consuetudine.
13. Obtena licentia Sacre Congregationis presentanda est ei, cui directæ fuerit, nec non in propria Cancellaria registris reconcedenda aliis invalida redderetur.
14. In monasteriis Regularibus subiectis, obtenta licentia Sacre Congregationis, recipi, & admitti possunt educandæ absque consensu Episcopi, & sola licentia Superioris Regularis: Si tamen licentia excusatio sit, expressè commissa Episcopo, est et pro excusatione presentanda.
15. Quarta conditio est, quod puellæ recipiantur de consensu Superioris, & Monialium per secreta suffragia.
16. Qui consensus Monialium debet esse majoris partis, non obstante contrario abusu.
17. Dum Superior Regularis recipit Monialium suffragia pro admittenda educanda, cum eo non assistit Vicarius Generalis, nec alius ab eo, seu ab Episcopo deputatus.
18. Quinta conditio est, quod puellæ non sint supra numerum monasterio prefissum.
19. Non est tamen prohibitum, quod in eodem monasterio accipiantur educandæ plures sorores, quam duo.
20. Numerus educandarum ita præfigi debet, ut quilibet suum lectum separatim habeat.
21. Sexta conditio est, quod puellæ educandæ recipiantur sola sine ancilla.
22. Septima conditio est, quod puellæ educandæ utantur vestitu, qui virginali modestia, & pudicitia convenit.
23. Octava conditio est, quod puellæ educandæ septimum expleverint annum, nec sit major 25. annis.
24. Puellæ, quæ compleverunt 25. annum, debet à clausura dimitti.
25. Nisi prorogationem obtineant à Sacre Congregatione.